



vindt mich auß Lust bringen, er vindt mich auß Lust bringen



Das ist mein Lust an seiner gnade also das ist mein Lust an



seiner gnade also an seiner gnade also

Cum presentem statum, in quo nunc totum genus humanum  
 versatur, mente intueamur, reperimus etatem nostram iam in  
 summis Calamitatum tempestatibus iactam, videmus enim quam  
 multiplices et varie Calamitates nos circumstet, quot poene, quam  
 ingentia mala impendeant. Imminet regionibus vicinis et penes Cerui-  
 cipus nostris Turora atq; Barbarica gens, quae extremam vastitatem,  
 ruinam et interitum Omnium honestarum rerum minatur. At non his  
 circumstantibus periculis ac Calamitatibus malis, publicis et privati-  
 nos Omnes excitare debemus: ut Animos nostros ad ardentem Inuocatio-  
 nem et seriem vitam et morum emendationem in Omni vita flecteremus.  
 Itaq; nobis opus est, ut ad Deum Omnipotentem per poenitentiam nos con-  
 uertamus, atq; ut assidua inuocatione iustissimam iram diuinam pro  
 peccatis nostris irritauimus, et poenas quas his adhuc longe grauiores  
 et atrociores Commemurimus, mitiget. Igitur Castigationes paternas  
 a Deo praepotenti nobis impositas, aequo animo patienter feramus, sem-  
 perq; dictum prophetae Michae Septimo Capite animos nostros teneamus, atq;  
 cum illo dicamus: Nam Domini portabo, quia peccatus est, et  
 uo autem in hac ultima mundi Senectute in tantorum rerum discrimine tantam  
 perturbatione et sollicitudine animorum nihil praestantius atq; iacuum  
 diuis sit Oratione, ideo ardentibus et uentis uotis ac gemibus eternum  
 Deum patrem Saluatoris nostri Jesu Christi deprecantur, ut regat nos spi-  
 ritu Sancto suo in hoc horribili tumultu et inter fatales poenas, quae minantur  
 tur Imperijs: eumq; porro rogamus, ut defendat nos aduersus furorem  
 tyrannorum, qui uerbum diuinum penitus abolere et idolatrias et blas-  
 phemias, stabili ac propegare conantur, ac defendat Ecclesias nostras  
 solitias ac scholas et domesticam doctrinam, ut diuina protectione et  
 ferzsi uerbum eius audiamus et discamus illumq; saluatorem laude-  
 mus et ei perpetuo gratias agamus

Haec pauca exarauit in hunc Thesaurum  
 Martinus Schlotwerderus Lobauensis  
 Sexto Calendas Martij Anno 1598